



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.**

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex  
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis  
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè  
explicantur.

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1647**

De Festo Corporis Christi. 20.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9521**

<sup>2</sup> Octauam in Octauario nostro descriptram arguant aliqui; quia Microl. nō laudat Festum sed aliud est loqui de Ecclesia vniuersali, in qua quelibet Dominicana Trinitati erat dicata; aliud est loqui de Titulo Ecclesie particularis & in hoc sensu Sacra Rituum Congregatio decreuit Octauam Sanctissimae Trinitatis, & dignorem in propria Ecclesia esse, quam Octauam Corporis Christi. An vero infra Octauam dicatur Symbolum S. Athanasij, vide supra Sect. cap. 20. num. 3. pag. 81.

<sup>3</sup> In tertia Antiphona ad Laudes, vox, omnium, coniungenda est cum, ore, non autem cum, Patri, ita ut dicas, in ore omnium.

<sup>4</sup> In Feria secunda sequenti, cum prius non potuerit legi ob Festum Trinitatis, legitur Primus liber Regum. Microl. c. 59. & Gemma lib. 4. c. 117. quem librum à Samuele suisle compositum, testatur liber 1. Paralipom. cap. vlt. hoc est usque ad cap. 24. nam in sequenti narratur eiusdem obitus Dauidem suppluisse, ait Isid. lib. 6. Originum c. 2. quem sequuntur alii. Nathanum, & Gadum alii, ex cap. vlt. 1. Paralipom. Ieremiam potius Torniellus noster existimat probabilius, sub Anno mundi 2977. n. 2. Res est incerta. legitur autem de libris Reg. ex decreto Gelasij, ut diximus Sect. 5. c. 12. n. 8. pag. 67.

#### De Festo Corporis Christi. Cap. XX.

<sup>1</sup> Officium scripsit Sanctus Thomas, & habetur in Opus. 57. iuxta ritum illorum temporum. Hodie concordamus cum auctore, seruato ritu Pij Quinti in officio toto, his exceptis. Capitulum in primis Vesperis erat aliud. Lectiones primi Nocturni erant de Scriptura veteri: amoto quarto Responsorio S. Thomae, additum est sextum de nouo, Pij V. iussu.

<sup>2</sup> Per Octauam non mutatur amplius Inuitatorium, neque Antiphonae ad Benedictus, & Magnificat. Lectiones quo-

que pro tribus Nocturnis additae sunt à Pio Quinto; in quibus apparent congruentiae cum mysterio, etiam in primis Lectionibus, quæ de Arca Testamenti, Eucharistia figura, narrationem continent.

<sup>3</sup> De Priuilegijs huius Octauæ, si concurrat cum Festo, & Octaua Sancti Ioannis Baptiste, & qua ratione excludat Semiduplicia Festa, & Duplicia translata, diximus Sect. 3. cap. de Octauis.

<sup>4</sup> De Simplici fit tantum commemoratio infra hanc Octauam. An nona Letio erit legenda? Negant aliqui, quia hoc nō dicitur in propria Rubrica; quod tamen dictum fuit in Rubrica posita infra Octauam Ascensionis; sed una Rubrica explicat aliam, prior posteriore. & patet debere legi, ex Rubr. gen. de Commemor. 9. n. 10.

<sup>5</sup> Indulgentiae concessæ ijs, qui intersunt Horis Canonis in Festo, per Octauam, valent, etiamsi officium dicatur de Sanctis occurrentibus, ex Decreto Ioan. XXII. quod ego legi in antiquo M. S.

#### De Dominicis post Pentecostem. Cap. XXI.

<sup>1</sup> Non minorem viginti tribus, nec maiorem viginti octo Dominicarum numerum post Pentecostem fore usque ad Aduentum, satis superque patet, quæ supplementum cum Dominicis, quæ supersunt post Epiphaniam, ut docuimus Sectione 3. cap. 5. de Dominicis pag. 19. Ponuntur autem in Breuiario Dominicæ vigintiquatuor cum proprijs Orationibus, & Euangelijs, quæ fuerunt optimè per Dominicas distributa; Orationes quidem à Sancto Gregorio; Euangelia vero à Sancto Hieronymo: quorum auctoritas sufficiat pro ratione; cur potius hæc, vel illa Oratio; cur hoc; vel illud Euangelium legatur; & hac vel illa Dominicæ. Idem fere paucissimis mutantur, tūm textus, tūm ordo Euangeliorum, hodie perseverat à Sancto Hieronymo præscriptus, ut vidimus in eius Comite, seu